



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 9. Monasteriorum numerus in Ægypto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

in Ægypto dona fuisse allata; hinc pro casu necessitatis in hac lege fuisse dispensatum creditur.

Sæculum IV.
A. C. 395.

§. IX.

Monasteriorum numerus in Ægypto.

Illa tempestate in omnibus Ægypti partibus Monasteria visebantur. Illis, quæ in inferiore Thebaide non procul ab intimo maris rubri sinu sita erant, nulla antiquiora. Ibi mons Colzin, ubi S. Antonius in coelum migraverat, & mons, dictus Pisper, seu alio nomine mons exterior, ubi etiam aliquamdiu habitaverat, & deinde plerique ex ejus Discipulis habitabant; Discipuli autem S. Antonii ad quinque millia numerabantur, quos, S. Antonio ad superos translato, S. Macarius, ab illis duobus, quos memoravimus, Alexandrino, & Ægyptiaco, alius rexit. S. Macario, S. Posthumius in Regimine successit. Unum Monasterium in altera Nili Regione prope urbem Hermopolim, quo a S. Virgine, & S. Josepho Jesus infans adductus fuisse credebatur, & hodie Matarea dicitur, quingenti ferme Monachi incolebant, S. Apollone, seu Apollonio Rectore, quem Imperato Julianus in carcerem miserat. Albis semper utebantur vestimentis; munditiem ante omnia amabant, suadebatque Apollo, ut singulis diebus communicarent, S. Isido-

Sup. l. XIII.
§. 36. Rosw.
p. 233.

Sup. l. XVI.
§. 37.

Sup. XV.
§. 33.

Sæculum IV. rus quoque in Thebaide communitati
 A. C. 395. mille Monachorum, clausuram exactissi-
 me servantium, præerat; intra Mona-
 Pall. Laus. sterii claustra puteos, hortos, & omnia
 c. 71. vit. PP. habebant necessaria. Nemo illuc ingre-
 c. 68. diebatur, nisi pedem nunquam elaturus.
 c. 96. Viro Seni portæ custodia commissa erat,
 ut hospitibus advenientibus omnem hu-
 manitatem exhiberet. In alio Thebaidis
 loco Dioscorus Presbyter centum ferme
 Monachorum Abbas erat. Non procul
 Antinoopoli ad duo millia degebant, quo-
 rum non nulli, cavernis inclusi, vitam
 anachoreticam ducebant.

Nusquam in inferiori Thebaide Mo-
 Vitæ PP. II. nachorum multitudo ita admiratione
 c. 5. Strab. digna fuit, quam in urbe Oxyrinco, ita
 L. 17. p. 812. dicta a nomine cujusdam piscis, rostro
 acuto, quem Ægyptii Divino honore in
 celeberrimo illius urbis templo colue-
 rant. Civitas tam intra quam extra
 mœnia monachis abundabant; ita ut
 monachi sæculares incolas numero su-
 perarent. Ædificia publica, & Deorum
 olim templa, in cœnobîa mutata, eunti-
 bus plura, quam privatorum domus, per
 totam urbem occurrebant; etiam supra
 Sup. XIII. urbis portas, & in turribus suas cellas
 §. 33. Libell. habebant. In duodecim Ecclesias, non
 Marc. & numeratis Monasteriorum Oratoriis, Fi-
 Faust. p. 75. deles conveniebant. Nulli ibi hæretici,
 76. & nulli pagani, quamvis in magna, & fre-
 quen-

quentissima civitate, sed Christiani Ca-
 tholici omnes; verumtamen aliquamdiu
 eos schisma divisit, nam cum Theodorus,
 urbis Episcopus, in partes Georgii, Epis-
 copi Ariani Alexandrini, transisset, tanto
 in Catholicos odio flagravit, ut spreta
 priore, in se novam ordinationem admi-
 serit; hinc Catholicorum Oxyrincen-
 sium voluntate alius ipsis Episcopus ordi-
 natur, nomine Heraclides, quem diu,
 sicut & Virgines, atque Monachos, cum
 eodem communicantes, Theodorus per-
 secutus est. Hanc urbem viginti Virgi-
 num, & decem Monachorum millia re-
 plebant; diu noctuque, & in omnibus
 urbis regionibus Divinæ Laudes reso-
 nabant; Magistratum jussu Excubitores
 ad portas civitatis advenientes peregrin-
 os, & pauperes colligebant; charitatis
 certamen deinde oriebatur, quis primus
 hospites exciperet, & foveret.

In superiore Thebaide Monasterium
 Tabennense, a S. Pacomio fundatum, ut
 memoravimus, situm erat, quod mille
 quadringenti Monachi inhabitabant. In
 altera Nili ripa Monasterium sororis ejus
 stabat, a quadringentis Virginibus habi-
 tatum. S. Pacomii Successores fuere Pe-
 tronius, cui successit Orsesius, iterumque
 Theodorus, qui Monasterium ingressus,
 cum esset annos quatuordecim natus,
 multis annis cum Sancto Pacomio vixerat;

Sæculum IV.
 A. C. 395.

Sup. XV.
 §. 58. 59.
 Pall. Laus.
 c. 38. 39.

Sup. XIX.
 §. 31. vit. S.
 Pacom. c. 29.
 30. & c. Gen-
 nad. Script.
 vit. S. Pa-
 iscom. c. 24.

Sæculum IV. is Presbyteratu fuerat insignitus, quamvis alias illam regulam firmissime teneret S. Pacomius, non permittendi, ut Monachi sui ordinarentur, ne æmulationi

Sup. XV. daretur locus. S. Pacomius aliorum quoque Monasteriorum fundator extitit. *Vita S. Sac.* Vi-

ap. Sur. c. 34. dens fratres suos excrecente numero Tabennis anguste nimis habitare, aliquos eorum in oppidum, quod Pibi dicebatur, transtulit; sed brevi nec iste locus advenientes satis capiebat; cum igitur aliquo post tempore Senex, nomine Eponichius, antiqui Monasterii Rector, cui nomen Chenoboscus, & in quo Monachi magnam Perfectionem profitebantur, ad S. Pacomium venisset, & rogasset, ut hujus communitalis curam susciperet, quamvis aliunde esset tot Monachorum regimine oneratus, consensit, & ex suo Monasterio quosdam fratres illo misit. Idem petentibus fratribus alterius Monasterii, *Machons*, seu *Mochans* dicti, concessit, atque ad ea Monasteria regulæ suæ

Monasteria observantiam extendit. Exstant epistolæ S. Pacomii ad Cornelium Discipulum

Cod. reg. p. 100. ejus, in dicto *Mochans* Abbatis, & ad Syrum, seu Sur, Abbatem Chnumensem,

Hier. Præf. Sup. l. XV. qui vitam ultra centesimum decimum

§. 60. annum produxit. Aliud etiam Monasterium prope Panos originem suam S. Pacomio debuit, in quo trecenti Monachi

Pall. c. 39. Id. c. 48. Deo serviebant. Ammon, seu Ammonas

v. PP. c. 3. Mona-

Monasterio trium millium Monachorum Sæculum IV.
A. C. 395.
sub Regula Tabennensi præerat. Sed om-
nium maximum Monasterium Regulæ
Tabennensis voce Ægyptiaca dicebatur Ep. Pacom.
Præf. Hier.
Baum, quod forte ab ipso Tabennensi non
est diversum.

In hoc Monasterio bis per annum in
Paschate, & Mense *Mesauri*, id est, Au-
gusto, universalis conventus agebatur;
altera vice, nempe in Augusto, conve-
niendi causa erat, ut venia delictorum
reis concederetur, & qui in animo ran-
corem alerent, reconciliarentur; Mo-
nasteriorum etiam Præsides, & Ministri
eligebantur. Illuc quinquaginta Mona-
chorum millia ad celebrandum Pascha
convenisse, S. Hieronymus testatum fa-
cit. Ecce hic primum habemus exem-
plum multorum Monasteriorum, quæ sub
eadem Regula in unam congregationem
coierint! unum Monasterium triginta,
aut quadraginta domibus constabat, qua-
rum tres, vel quatuor constituebant unam
tribum, ut simul laborem, & servitia heb-
domadalia obirent. In qualibet domo
ferme quadraginta fratres erant, eandem
artem exercentes, puta Mattarii, textores,
sartores, aut fullones. In singulis
domibus plures cellæ, quæ ternos capie-
bant; at omnes in communi Refectorio
manducabant. Unamquamque domum
una Alphabeti littera designabat, quam

*vit. S. Pa-
com. c. 22.
Reg. c. 99.*

Sæculum IV. Monachorum quisque, hanc domum in-
A. C. 395. colentium, in suo Capucio præferebat.

In quadam superioris Thebaidis urbe
vita S. Eu- vifebatur Monasterium fæminarum, quæ
phraf. ultra centum numero late virtutis odo-
rem spargebant. Vinum non bibebant,
nec comedebant arborum fructus; sæpe
duos, aut tres dies omni esca abstinebant.
Cilicio usque ad pedes dependente ve-
stiebantur, balneo nunquam utebantur,
& ne quidem pedes lavabant. Labora-
bant, quamdiu vires corporis permitte-
bant; ægrotæ nullam accipiebant me-
dicinam, sed morbum tanquam magnam
Cœli Benedictionem amplectebantur.
Claustris pedem nunquam efferebant.
Euphrasia viri nobilissimi, nomine Anti-
goni, vidua viginti, aut triginta libras
auri in annum censum obtulit; Abba-
tissa, rejecta pecunia, nil nisi oleum alen-
do lucernarum igni, & suffimenta in
usum oratorii accepit. Euphrasia, seu
Monachi. Eupraxia hujus viduæ filia Monasterium
illud septennis ingressa, virtutibus, & mi-
raculis clara evasit. Haud procul urbe
Pall. Laus. Antinoo duodecim mulierum monaste-
6. 137. ria numerabantur, atque unum eorum
Abbatissa, seu Amma Talida moderaba-
tur, octoginta annis vitæ Monasticæ ri-
goribus exercitata; ea sexaginta minori
ætate puellas apud se habebat, tanto amo-
re sibi conjunctas, ut Monasterii porta
non

non aliorum more fera clauderetur, quippe ob Doctrinæ ejus suavitatem nulla a charissima Matre avelli volebat. Die Dominica exhibant, ut in Ecclesiam se conferrent, & communionem acciperent; una autem earum, cui Nomen Thaor, præstanti corporis forma, nunquam Monasterio egrediebatur, sed centonibus tecta manuum laborem continuabat.

In Ægypto proprie dicta, prope Arsi-
noen, Abbas Serapion ferme decem Mo-
nachorum millia regebat. In Deserto Ni-
triæ quinque millia in quinquaginta Mo-
nasteriis habitabant; Ecclesiam habe-
bant, & octo Presbyteros, inter quos so-
lus ille, qui erat ætate Senior, officiis Sa-
cerdotalibus fungebatur, aliis septem,
quamdiu ipse viveret, abstinentibus.
Haud procul exinde erat Monasterium
cellarum, & mons Phermæus, quem cir-
citer quingenti Monachi incolebant; hos
inter reperiiebatur Paulus, tercentum per
diem orationes peragens, atque ne me-
moriam falleret, trecentos lapillos in sinu
tenebat, quos singulos post singulas ora-
tiones projiciebat. Haud procul aberat
Monasterium Scetenſe, duorum Maca-
riorum, & Arsenii habitatio, & ubi Caf-
ſianus per aliquot annos moratus est. In
vicinia urbis Alexandriæ circiter duo mil-
lia Monachorum in diversis Monasteriis
degebant. In Canopo plura Monasteria,

C 5

atque

Sæculum IV.
A. C. 395.

c. 138.

Sup. XIV.

§. 30.

Pall. Lausf.

76.

Sup. XVI.

§. 36.

Pall. 7. 14.

Sup. XVI.

n. 37.

Pall. c. 23.

Pall. c. 7.

Sup. XIX.

c. 31.

Sæculum IV. atque inter ea Metaneense numeraba-
A. C. 395. tur. Pelusii quoque Monachos inveni-
 re erat, atque inter eos S. Isidorum, vi-
 rum celeberrimum, illis temporibus lu-
 cis usura fruentem. Hic Monasterio-
 rum in Ægypto sub finem Sæculi quar-
 ti status fuit. Numerus omnium Mona-
 chorum, quos memoravimus, ultra septu-
 aginta sex millia explet; Virginum autem
 viginti millia, & circiter septingentæ nu-
 meratæ sunt, illis Monasteriis omiſſis ubi
 earum numerus non fuit recensitus. Plu-
 rimos illustrissimæ vitæ privatos Mona-
 chos silentio prætereo, quorum eximia
 virtutes in Historia Evagrii, Palladii, alio-
 rumque, qui vitas Patrum collegerunt,
 legi possunt.

§. X.

Hæreses cadunt.

Soz. VIII. Religionis propagationi mors Theodosii
 c. 2. Lib. 29. non nocuit, imo econtra, qui succes-
 C. Theod. de serant in Imperio, filii, partem de Euge-
 Episc. L. 24. nio, Tyrannisque victoriam, concessa a
 25. 26. 27. 28. nio, Tyrannisque victoriam, concessa a
 29. C. Theod. Cælo pietatis præmia fuisse rati, ejus in
 de hæc. Lib. causa Religionis fervorem imitati sunt. Le-
 13. de Pag. gibus, quas tulerat in Bonum Religionis,
 confirmatis, novas addiderunt. Legem
 Honorii habemus de conservandis Eccle-
 siarum privilegiis anno 395. latam. Aliæ
 septem supersunt ab Arcadio adversus
 Hæreticos, & una adversus Gentiles la-
 tæ,